

I N D E X
P R A E L E C T I O N V M
I N
A C A D E M I A R O S T O C H I E N S I

P E R S E M E S T R E H I B E R N V M


A D I E X V I . O C T O B R I S

A N N I M D C C L X X X V I I .

H A B E N D A R V M .



L I T T E R I S A D L E R I A N I S .



PROFESSORES PVBLICI.

ORDO THEOLOGORVM.

D. CHR. DAV. ANT. MARTINI publice Catechesis rite instituendae praecepta suppeditabit et *Seminarii sodalium* studia more consueto moderabitur. *Privatim* vero h. VIII. *doctrinam morum Christianam* tradet; h. XI. *Iohannis Evangelium* et *acta Apostolorum* enarrabit; h. II. loca Vet. Test., quae vaticinia de Messia continent, vel continere putantur, illustrabit, subiuncta historia interpretationis Prophetiarum Messianarum.

D. WERNER CAROL. LVDOVIC. ZIEGLER P.P.O. *Publice Vaticinia praecipua de Messia exponet* — diebus Saturni h. VIII — IX et X — XI. *Privatim* h. VIII — IX et X — XI *Theologiam dogmaticam* ad epitomen b. Mori docebit. *Privatissime* h. II — III *Historiam litterariam universalem* ad conspectum cum auditoribus communicandum enarrabit.

M. IOANNES CHRISTIANVS PETERSEN P.P.O. et ad aedem diui Iacobi Diaconus, diebus Lunae et Veneris hora IX — X Epistolas Petri et Iudae interpretabitur, et hora XI — XII Pericopas Evangel. et Epistol. inde a Dominica I. Adv. explicabit, junctis institutionibus homiletico - practicis.

ORDO IVRISCONSVLTORVM.

IO. MATTH. MARTINI Consistorii Ducalis Vice-Director et P.P.O. Interpretabitur ius feudale, praelucente Boehmero, ubique addens quae singularia iuris patrii occurrunt in hac doctrina. Dein historiam patriam; et denique ius publicum mecklenburgicum, duce Hagemeistlero, exponet.

D. WALTER VINCENT WIESE hora IX—X reiterabit manuductiones practicas, hora XI—XII praeleget jus ecclesiasticum ad ductum compendii a filio editi, hora II—III jus criminale praeunte *Meistero* tradet. Nec iis deerit, qui exercitiis disputatoriis et examinatoriis interesse cupient.

IO. CHRIST. ESCHENBACH horas pomeridianas II—III et III—IV explicando compendio *Pandectarum HELLFELDII*, et binas per septimanam horas *examinatorio institutionalis* destinavit.

D. ADOLPHVS DIETERICVS WEBER. per instans semestre hibernum publice binis per hebdomadem horis *theoriam processus civilis* tradet; priuatim vero singulis diebus professis hor. matut. 8—9 et 9—10 *Pandectas, Hellfeldii* iurisprudentiam forenssem sequuturus, docebit.

ADOLPHVS FELIX HENRICVS POSSE, P. P. O. hor. X. jus Germ. privatum duce *Rundio*, et hor. XI jus feudale, tam commune quam patrium, praeunte *Bohmro* docebit. Publice diebus Lunae, Mercurii et Veneris jus privatum Principum ex primis lineis *Pütteri* interpretabitur.

ORDO MEDICORVM.

D. SAMVEL GOTTLIEB VOGEL, Med. P. P. O. *medicinam clinicam et materiam medicam* docendas offert.

D. A. G. WEBER, Prof. Med. P. O. Civitatis Rostochiensis Physicus, hor. XI—XII *Pathologiae et Therapiae specialis* praelectiones continuabit.

Dr. GUILIELMUS IOSEPHI, Anatom. Chirurg. et Artis obstetric. Prof. P. O. per instans semestre hibernum 1) horis matutinis usque ad meridiem *Sectiones Anatomicas* instituet; 2) hor. II—III. *corporis humani partes in theatro anatomico demonstrabit*; 3) hor. III—IV. *chirurgiam*; 4) hor. V—VI. *Artes obstetriciae theoret. et practicam partem*, Roederero duce, 5) hor. XI—XII d. Mercur. et Saturni *diaeteticam* tradet.

D. ADOLPHVS FRIDERICVS NOLDE P. P. O. per instans semestre brumale h. XI. mat. *Artem obstetriciam*, h. II. p. m. *morbis mulierum* medendi rationem, publice vero *medicinam popularem* hora sibi et commilitonibus commoda exponet.

ORDO

ORDO PHILOSOPHORVM.

OLAUS GERHARDUS TYCHSEN praeter consuetas LL. OO. institutiones, et cursorias in S. S. lectiones, Abulfedae quoque Geographiam ex ed. Clar. RINK explicare perget, qua absoluta *Sphaeram* ad ductum veterum et recentiorum Hebraeorum et Arabum, horis Auditoribus commodis, illustrabit.

HERMANNUS IACOBUS LASIUS, Graecae literaturae Professor P. O. Oculorum morbo, qui adhuc durat, impeditur, quo minus in futuro semestri hiberno officio suo vacare, ac Iuventuti studiosae habendis Scholis inservire possit.

D. IACOBUS FRIDERICUS ROENNBERG Sereniss. Duci Regnant a Consiliis Aulicis, nec non Prof. Moral. publ. ordin. per instans semestrem hiemale, hor. VIII—IX Philosophiam moralem; hor. IX—X Partem alteram Elementorum metaphysicor. Iurisprudentiae, ab illustr. *Kantio* in libro: *metaphysische Anfangsgründe der Rechtslehre*, traditorum, hinc inde Ius publicum universale, secundum principia *Kantiana*; hora XI—XII Ius Publicum Meclenburgense praeunte *Hagemeistero* explanabit. Hora II—III post meridiem Historiam Imperii Rom. Germ. duce perill. *Püttero* docebit et denique hor. V—VI Collegium Novellarum, more consueto, continuabit.

M. SAMUEL SIMON WITTE, Seren. Duci regn. a Consiliis aulicis ac Iur. N. et G. Prof. P. O. per instans semestrem hibernum hora IX—X *Ius naturale* iterum ex inclyti *Kantii* libro: *Metaphysische Anfangsgründe der Rechtslehre*, docebit; post meridiem vero hora III—IV *Logices* praecepta e celeb. *Iacob* breviario tradet; ac denique binis per hebdomadem horis, demum e tabula publica indicandis, in illustr. *Kantii Criticam Facultatis judicandi*, duce celeb. *Michaelis* in libello: *Entwurf der Aesthetik* inscripto, commentabitur.

GUSTAVUS SCHADELOOCK, *Philos. D. et Prof. P. O.* per hiemem *Logicam* et *Metaphysicam* docebit; *Mathesin puram* examinando repetiturus est; et utramque *Trigonometriam*, tam *planam*, quam *Sphaericam*, tradet: atque insuper horis privatissimis quibusdam vacare necesse habet.

P. I. HECKER, Mathes. P.P.O. publice calculi literalis itemque logarithmici et trigonometrici elementa uberius tradet, *privatim* vero mathesin puram elementarem, praeunte cel. Kaestnero, et e mathesi applicata scientias vel mechanicas, vel opticas, e compendio b. Karstenii docebit.

M. FRANCISCUS CHRISTIANVS LAVRENTIVS KARSTEN: 1) *artem aedificandi aedificia oeconomica et rustica*, nec non: 2) *regulas praediorum aestimandorum*, ex Sectione III et IV compendii sui: die ersten Gründe der Landwirtschaft etc., vberius explicabit. 3) *Privatissime* vero per aetatem iam coeptum *Matheos* cursum sedulo continuabit. Horas e tabulis indicabit publicis.

GER. PHIL. HENR. NORRMANN, Ser. Duc. r. Megap. a consiliis aulae, histor. atque polit. disciplinarum P.P.O. Phil. Ord. h. a. Decanus, *Privatim*, 1) h. IX—X, *historiam praecipuorum Europae regnorum atque rerumpublicarum*, ad compendium Meuselianum; 2) h. XI—XII *historiam Imperii Romano-Germanici*, praeunte Püttero; *Privatissime* vero sive *Geographiam*, ex breviario Gattereri, methodo consueta, adhibitis mapis Schraemblianis, sive *Seriem rerum praecipuarum inde ab initio seculi XVI. ad nostra usque tempora per Europam gestarum* ex libro Büschiano (Grundriss einer Geschichte der merkwürdigsten Welthandel neuerer Zeit) explicabit.

H. F. LINK, Med. et Phil. Dr. P. P. O. ob iter physicum clementissime sibi permissum absens, hoc semestri laboribus academicis vacare adhuc impeditur.

DOCTORES PRIVATI.

THEOLOGIAE.

IOANNES MARCUS CONSTANTINUS TARNOW, Philos. Doctor et S. S. Theolog. Baccalaureus, *interpretationem Novi Testamenti* instruere, *junctis observationibus themata ad homilias apta e pericopis inveniendi.*

D. 10.

IURISPRUDENTIAE.

D. IOANN. FRID. THEOD. BURCHARD, institutiones iuris ciuilis ad libellum elementarem Heineccij, ab Hoepfnero limatum, interpretabitur, nec iis deerit, qui examini super pandectarum doctrinas secundum Boehmerum instituendo operam nauare cupient.

D. IO. CHR. KOPPE, 1) *historiam iuris romani e breuiario Guintheriano* denuo auspicari paratus est; 2) *notitiam selectissimorum ex omni iure librorum additis breuibus auctorum praecipuorum vitis*, 3) *sufficienti auditorum numero, de quo mox certior fieri cupit, litteraturam iuridicam universalem ad filum libelli sui: Kurzer Abriss der iuristischen Litteratur-Geschichte zum Gebrauch bey akademischen Vorlesungen*, qui initio novi anni sumtibus de Kleefeld, Bibliopolae Lipsiensis, proditurus est et 4) *antiquitatem romanam, inprimis iuris romani*, lubens offert horas his praelectionibus dicandas arbitrio Dn. Commilitonum permittens.

Dr. ANDR. BERN. CAR. WIESE, hora pomeridiana II. *institutiones iuris ciuilis*, praecunte WALDEK tradet. Qui operam suam privatissimis praelectionibus, tam examinando quam docendo, *iur civile ad ordinem digestorum*, exposcunt, iis haud defuturus.

MEDICINAE.

Dr. HINR. CHR. FR. KRAUEL, per hoc semestre medicinam forensam, hora sibi et Commilitonibus commoda, quatuor per hebdomadem diebus, exponet.

PHILOSOPHIAE.

M. GEORGIUS LUDOVICUS OTTO PLAGEMANN, Lycei Rostochiensis rector initia tradet rhetorica, quorum praecepta ex ipsis fontibus, duce in primis Wideburgio, e libris nempe Aristotelis, Ciceronis, Quintilianii, Demetrii et Longini, studiose ac diligenter derivabit.

M. IOACHIMUS HENRICVS LUDEWIG, L. Angl. L. Publicus quatuor vel quinque per hebdomadem horis, prima rudimenta linguae anglicae docebit, aliis autem horis profectionibus explicabit Addison, Pope, Yorick Sentimental Journey, the Vicar of Wakefield etc. neque deerit

deerit iis qui conversatorium anglicum vel manuductionem ad historiam imperii R. G. desiderant. De horis his lectionibus destinandis cum Commilitonibus honoratissimis coram aget.

I. M. C. TARNOW, Ph. D. et S. S. Th. B., *Philosophiam moralem* docebit.

M. I. D. WESTPHAL, horis commodis Antiquitatem Graecam exponet; nec deerit iis, qui aliquem auctorem graecum aut latinum profectibus suis accommodatum cum eo legere cupiunt.

M. ADOLPHUS CHRISTIANUS SIEMSEN, sub auspicio semestris hiberni *Historiam Naturalem, Mineralogiam et Chemiam experimentalem* docebit, celeberrimi *Blumenbachii*, clarissimi *Batschii* et experientissimi *Hagenii* notissima compendia illustraturus. Neque institutionem suam in *Philologia occidentali* desiderantibus unquam deerit.

IOANNES CHRIST. GUIL. DAHL, ex benevolo amplissimi Philosophorum ordinis consensu *publice* carmina nonnulla Hebraeorum antiqua libris historicis V. T. intertexta explicabit; *privatim* *Isocratis Panegyricum* ex edit. b. *Mori* et *Sophoclis Philocteten* ex edit. b. *Köppen* interpretabitur, nec non historiae literariae universalis partem priorem, si sufficiens auditorum numerus adest, enarrabit. *Privatissime* in linguis antiquis operam suam cupientibus, eam dicare perget.

* * *

* * *

* * *

Bibliotheca academica et Museum diebus Mercurii et Saturni patent. Adest quoque *Hippodromus* ducalis, cujus Praefectus equitandi artem discere cupientibus praesto est. Nec desunt linguarum exoticarum magistri peritissimi; pariter publica constituti sunt auctoritate, qui artem saltandi, pingendi et armorum tractandorum docebunt.

P. P. ROSTOCHII

D. V. SEPTEMBRIS MDCCLXXXVII.
